Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

queo pedes meos ⁊

Respice in me & miserere mei · quia unicus & pauper sum ego ⁊

Tribulationes cordis mei multiplicate sunt · de necessitatibus meis eruere me ⁊

Vide humilitatem meam & laborem meum · & dimitte universa delicta mea ⁊

Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt · & odio iniquo oderunt me ⁊

Custodi animam meam & eruere me · ne erubescam quoniam speraui in te ⁊

Innocentes & recti adheserunt mihi · quia sustinui te ⁊

Libera ds israel · ex omnibus tribulationibus suis ⁊

Multiplicatae sunt tribulationes ecclesiae · quia per cogitationes suas per calamitates mundi · promultas afflignitur ⁊ de necessitatibus dicit · quas persecutorum atque hereticorum patiebatur insidias · hi sunt enim qui necem cupiunt xpianis inferre ⁊

Respice · uox ecclesiae de peccatoribus orat ut redeant · quia quem ille respicit · cito conuertit ⁊ multiplicati sunt in peccatis · odio iniquo addidit · quia iustum odium est · ut est illud · perfecto odio oderam illos ⁊

Innocentes · paruulos dicit · sacro baptismate regeneratos · rectos · qui iam maturae etatis conuersi a peccatis · ideo illos adhesisse dicit ecclesia sibi · quoniam sustinuit dm ⁊

Superius dixit oculi mei · semper ad dm · nunc dicit respice in me · quem ad modum ego inte ⁊ Miserere mei quia miser sum ⁊ unicus · populus xpianus · qui unicus est ei quia solus sacramentis fidei custodit ⁊ pauper quoniam a mundi illecebris segregatus ⁊

Vide · id est propitius respice · humilitas est ecclesiae quando indisciplinatos sustinet ⁊ labor ipsius est · quia multis persecutionibus fatigatur ⁊ merito deprecatur sibi omnia peccata dimitti · quia durus labor tolerantiae · clementiam iudicis expectat ⁊

Custodi · uox ecclesiae · supplicat ut custodiatur · et eripe ab omni malo · ne confundar · neque hic · neque in futuro · quia te inuocaui · ipsum enim eligit inuocare qui nescit pie supplicantes abicere ⁊

Libera ds · id est ds te uidentium · quia ipsos gratos habet quibus conspectum suae contemplationis indulget ⁊